Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



125

puritate regna celorum non potestis intrare
Siue aliter quicumque humiliauerit se sicut
paruulus iste hic est maior in regno celorum
Qui imitatus me fuerit & se in exemplum me
humiliauerit ut tantum se deiciat quantum
ego deiecti formam seruiendi accipiens. Hic intrabit
in regnum celorum. .iiii. Et qui susceperit unum par
uulum talem in nomine meo me suscepit.
Qui talis fuerit ut xpm imitetur humilitate
& innocentia in eo xpm suscipitur. & pru
denter nec cum delatum fuerit apostolis
se putent honorandos. Addiecit non illos sui
merito sed magistri honore suscipiendos.
Quia autem scandalizauerit unum de pusillis
istis. Nota quod qui scandalizatur par
uulus est. Maiores enim scandala non recipiunt. Expedit inqt eis ut suspendatur mola
asinaria in collo eius & demergatur in pro
fundum maris. Quam quam hec generalis
possit esse sententia aduersus omnes qui aliquem
scandalizant. Tamen iuxta consequentiam